

## Band VII., Nr. 2143, Seite 85-86

*Ageltrud Nadler, Bürgerin zu Memmingen, schenkt dem Kloster Ochsenhausen ihre Hofstatt und das Haus darauf am untern Stadttor zu Memmingen.*

Ohne Ortsangabe, 1270. März 27.

In nomine domini. Amen. Ne super tractatibus hominum diversis aliquod dubium suboriri valeat aut aliquod luttigationis contentiose scrupulum generari, expedit eos tam scripti recordatione quam sigillorum munimine confoveri. Hinc est, quod ego Ageldrudis dicta Nadlerin relicta quondam Berh. dicti Nadlers civis in Mæmmingen ob dei reverentiam necnon in anime mee salutem aream meam et domum super edificatam iuxta portam civitatis in Mæmmingen inferiorem infra muralia libere et sine omni contradictione ecclesie sancti Georgii in Ohsenhusen duxi conferendam, tali tamen condicione interposita, quod idem monasterium post presentis vite mee decessum annuatim de dicta domo ac area eâdem, quam tamen pro tempore vite mee debeo possidere, singulis annis in die sancti Martini monasterio sancti Petri in Walse III libras cere, quas de dicta domo ac area eâdem ante collationem iam dictam tamquam matri spiritali solvendas deputavi, nec non VI denarios pro iure censuali eodem die regi seu cuicumque<sup>a</sup> in dicta civitate ad hoc deputato persolvere tenetur. Ut autem eadem area unâ cum domo superedificata predicto monasterio sancti Georii in Ohsenhusen plenius pertinere dinoscatur, tenore presentium profiteor pariter et protestor, me de dicta area et de domo eâdem singulis annis eidem monasterio unam libram cere soluturam. Ne autem super dicte traditionis mee collationem aliquod dubium valeat suboriri, per quod valeat infringi aut vitari, presentes eidem monasterio in testimonium tradidi munimine sigillorum videlicet conventus eiusdem ecclesie in Ohsenhusen nec non sigillo civitatis in Mæmmingen ac sigillo H(ainrici) ministri eiusdem loci dicti Mozen roboratas. Huius rei testes sunt hi, qui eidem collationi interfuerunt, videlicet: frater Cûnradus preceptor hospitalis in Mæmmingen, frater Berengerus hospitalis sancti Anthonii, dominus Her. dictus Kadolt, dominus Rûdolfus dictus de Holzgunze, dominus Sivridus dictus Rêch sacerdotes, frater Andreas et frater Hainricus dictus de Giengen<sup>1</sup> fratres hospitalis sancti Anthonii, Hainricus minister dictus Mozo, Fridericus

<sup>a</sup>Verschrieben: *quocumque*.

<sup>1</sup>Giengen an der Brenz oder Gingen an der Fils.

## II

dictus in Lapide, magister Otto dictus Lunse, Cûnradus et Hainricus filii sui et alii quam plures.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCCLXX., VI. kalendas Aprilis, XIII. indictione.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Nur noch das erste, spitzovale Siegel des Priorats Ochsenhausen hängt ziemlich wohlerhalten an, c. 45, 33 mm, (II. B): Aus einem Kirchlein kommt ein Ochs hervor. Umschrift . . IGILLVM PRIOR . . OhSSENHV . . . Vom zweiten und dritten Siegel sind noch die Pergamentriemchen, vom vierten Siegel noch Reste vorhanden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stadtarchiv Memmingen

**Signatur/Titel des Originals:**

A 36/1

**Überlieferung und Textkritik:**

Auch Regest in HStA Stuttgart H 14, Bd. 193, S. 902.

**Editionen:**

JOHANN WILHELM BRAUN (BEARB.): Urkundenbuch des Klosters Sankt Blasien im Schwarzwald. Von den Anfängen bis zum Jahr 1299, 2 Bde., Stuttgart 2003 (Veröffentlichungen der Kommission für Geschichtliche Landeskunde in Baden-Württemberg, Reihe A, Bd. 23, 1-2), Bd. 1, S. 612 f., Nr. 470.

**Literatur:**

Gruber: Ochsenhausen S. 38 und 98.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Waldsee Wohnplatz (18837)

Bad Waldsee, RV

Giengen an der Brenz Wohnplatz (4068)

Giengen an der Brenz, HDH

Gingen an der Fils Wohnplatz (715)

Gingen an der Fils, GP

Holzgünz, MN

Memmingen, MN

Ochsenhausen Wohnplatz (17448)

Ochsenhausen, BC